

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XXXV

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

redeam ad me. mecum ero. dñm meum inuocabo; redi ad te ipsum. ibi inuenis rixam; si coepisti dñm sequi. ibi inuenis rixam; quam rixam inquis inuenio. Caro concupiscit aduersus spm. & sps aduersus carnem; ecce tu ipse es. ecce tu solus es. ecce tecum es. ecce alium nullum hominem pateris. sed uides aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuae. & captiuam te in lege peccati quae est in membris tuis; Exclama ergo & arxa interiore clama ad dñm. ut tibi pacificet te; miser ego homo qui me liberabit de corpore mortis huius; gratia di per ih̄m xp̄m dñm nostrum; Quia qui me inquit sequitur. non ambulabit in tenebris. sed habebit lumen uitae. qđ finita tota rixa immortalitas consequetur. qđ nouissima inimica destruetur mors; & qualis pax erit. oportet & corruptibile hoc induere incorruptionem. & mortale hoc induere immortalitatem; quo ut ueniamus quia tunc erit in re. nunc sequamur in spe eum qui dixit; Ego sum lux mundi. qui me sequitur non ambulabit in tenebris. sed habebit lumen uitae.

INCIPIT SERMO XXXV AB EO QUOD DICTUM EST DIXERUNT ERGO PHARISAEI. TU DE TE IPSO TESTIMONIUM PERHIBES TESTIMONIUM TUUM NON EST UERUM. USQ. AD ID UBI AT UERUM EST TESTIMONIUM MEUM QUIA SCIO UNDE UENI ET QUO UXDO.

De uerbis dñi nostri ih̄u xp̄i ubi ait. ego sum lux mundi qui me sequitur non ambulabit in tenebris sed habebit lumen uitae. hesternodie qui adfuitis diu disputatum esse meministis. & si adhuc uelimus de illo lumine disputare. diu loqui possumus. nam non possumus explicare compendio; Itaq. fr̄s mei sequamur xp̄m lumen mundi ne ambulemus in tenebris; tenebrae m̄uendae sunt morum. non oculorum. & si oculorum. non exteriorum. sed interiorum. unde discernitur non album & nigrum. sed iustum & iniustum; Cum haec ergo dixisset dñs noster ih̄s xp̄s. responderunt iudaei. Tu de te testimonium dicis. testimonium tuum non est uerum; antequam ueniret dñs noster ih̄s xp̄s. multas antese lucernas propheticas accendit & misit; De his & iam erat iohannes baptista. cui tam magnum ipsum lumen quod est dñs xp̄s perhibuit testimonium. quae nulli hominum; at enim; in natis mulierum non surrexit maior iohanne baptista; hic tamen quo nemo erat maior in natis mulierum. dicit de dño ih̄u xp̄o. Ego quidem baptizo uos in aqua. qui autem uenit ^{p̄ me.} fortior me est. cuius non sum dignus calciamentum soluere; Uide & quem admodum se lucerna diei submittat; lucernam uero ipsum iohannem fuisse dñs ipse testatur. Ille erat inquit lucerna ardens & lucens. & uos uolulistis ad horam exultare

in lumine eius; quando autem dixerunt iudaei dño. Dic nobis in qua potestate ista facis. Sciens dñs quia iohannem baptistam pro magno haberent. & qđ ipse quem pro magno habebant. eis de dño testimonium perhibuiss&. respondit eis. Interrogabo uos & ego unum sermonem. Dicte mihi; baptismum iohannis unde est. de caelo an ex hominibus. Turbati illi intra sem& ipsos cogitabant. quia si dicerent. ab hominibus. lapidari possent a turba quae iohannē proph&am esse credebant. Si dicerent de caelo. responder& eis. ille quem confitemini de caelo habuisse proph&iam. mihi testimonium perhibuit & ab illo audistis. in qua ego ista faciam potestate; Uiderunt ergo quod lib& horum respondissent. in laqueum se casuros. & dixerunt nescimus; & dñs eis; nec ego dico uobis in qua potestate ista facio; Non uobis dico quod scio. quia non uultis fateri quod scitis; iustissime utiq;. repulsi confusi abscesserunt. & impl&um est quod in psalmo per proph&iam dicit d̄s pater; paraui lucernam xp̄o meo. id est ipsum iohannem. in inimicos ^{aut} eius induam confusione. habebat ergo dñs ih̄s xp̄s testimonium proph&arum ante se praemisforum ^{set} praekonum iudicem praecedentium; habebat testimonium a iohanne. sed ipse magis testimonium erat quod sibi perhibebat; illi autem infirmis oculis lucernas quaerebant. quia diem ferre non poterant; Nam iohannes idem ipse apostolus cuius euangelium in manibus habemus. in ipsius euangelii sui capite ait de iohanne; Erat homo missus adō cui nomen erat iohannes. hic uenit ut testimonium perhiber& de lumine. ut omnes crederent per eum. Non erat ille lumen. sed ut testimonium perhiber& de lumine. erat lumen uerum. quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum; Si omnem. ergo & iohannem; unde dicit & ipse iohannes; Nos omnes de plenitudine eius accepimus; Discernite ergo ista. ut proficiat mens uestra in fide xp̄i. ne semper infantes sitis ubera quaerentes & a cibo solido resistentes; Deb&is apud matrem sc̄am ecclesiam xp̄i nutriri. & ablactari. & ad escas solidiores accedere mente non uentite. Hoc ergo discernite. aliud esse lumen quod inluminat. aliud esse lumen quod inluminatur; Nam & oculi nostri lumina dicuntur. & unus quisq;. ita iurat tangens oculos suos per lumina sua. sic uiuant lumina mea; usitata iuratio est; quae lumina si lumina sunt. desit lumen in cubiculo tuo clauso. pateant & luceant tibi. Sed non utiq;. possunt; quo modo ergo ista in facie quaehabemus. & lumina uincupamus. & quando sana sunt. & quando patent. indigent extrinsecus ad uitio luminis. Quae ablatō aut non inlato. sana sunt. aperta sunt. p̄fectam uident. Sic mens nostra quae est oculus animae. nisi ueritatis lumine radi&ur. & ab illo qui inluminat nec inluminatur. mirabiliter inlustr&ur.

nec ad sapientiam. nec ad iustitiam poterit peruenire; ipsa est enim uia nostra. iuste uiuere; quomodo autem non offendat in uia, cui non lux & lumen, ac per hoc in tali uia uidere opus est. in tali uia uidere magnum est; Nam tibi in facie oculos clausos habebat, & filius patris manum dabit, pater filio uiam praecipiendo monstrabat; Responderunt ergo iudaei. Tude te testimonium dicis, testimonium tuum non est uerum; Uideamus quid audiunt. audiamus & nos. sed non sicut illi; illi contemneres, nos credentes. illi occidere xpm uolentes. nos per xpm uiuere cupientes; Interim ista distantia distinguit aures. mentesq. nostras, & audiamus quid iudaeis responderit dñs; Respondit ih̄s & dixit eis; & si ego de me testimonium perhibeo. uerum est testimonium meum. quia scio unde uenio & quo uado; Lumen & alia demonstrat. & seipsum; ac cendis lucernam, uerbi gratia ut quaeras tunicam. & praestat tibi ardens lucerna ut inuenias tunicam; Numquid accendis lucernam, ut uideas ardentem lucernam? Lucerna quippe ardens idonea est & alia quae tenebris operiebantur nudare. & seipsam oculis tuis demonstrare; sic & dñs xps & inter fideles suos & inimicos iudaeos, tamquam inter lucem & tenebras distinguebat. tamquam inter illos quos radio fidei perfundebat. & illos quorum clausos oculos circumfundebat; Nam & cum sol iste & uidentis faciem inlustrat. & caeci, ambo pariter stantes & faciem ad solem habentes inlustrantur in carne, sed & ambo in luminantur in aeternitate; uidet ille, ille non uidet. ambo sol praesens est. sed praesens soli. unus est absens; sic & sapientia dñi. uerbum dñi dñs ih̄s xps ubiq. praesens est. quia ubiq. est ueritas. ubiq. est sapientia; Intellegit quis in oriente iustitiam. intellegit alius in occidente iustitiam; Numquid alia est iustitia quam ille intellegit. alia quam iste? Separati sunt corpore. & in uno habent acies mentium suarum; quam uideo iustitiam hic constitutus. si iustitia est ipsam uideat iustus nescio quot mansionibus a me carne seiunctus. & in illius iustitiae luce coniunctus; ergo testimonium sibi perhibet lux. aperit sanos oculos. & sibi ipsa testis est ut cognoscatur lux; sed quid agimus de infidelibus. numquid illis non est praesens. est praesens & ipsis. sed quibus eam uideant oculos non habent cordis; audi de illis ex euangelio ipso prolata sententiam. & lux lux & in tenebris. & tenebrae eam non comprehenderunt; ergo ait dñs. & uerum ait. Et si ego de me testimonium perhibeo. uerum est testimonium meum. quia scio unde ueni. & quo uado; patrem uolebat intellegi. patri gloriam dabit; filius aequalis glorificat eum a quo est missus; quantum debet homo glorificare eum a quo est creatus. scio unde ueni. & quo uado; iste qui in praesentia uobis loquitur. habet quod non deseruit. sed tamen uenit; non enim ueniendo inde discessit. aut redeundo nos dereliquit; quid miramini. dñs est; non potest hoc fieri. sed ab

homine. non potest hoc fieri, ab ipso sole, quando pergit ad occidentem. dese-
 rit orientem, & donec orturus redeat ad orientem, non est in oriente; Dñs
 autem noster ih̄s xp̄s & uenit, & ibi est, & redit, & hic est; audi ipsum euangelis-
 tam alio loco dicentem. & si potes cape. si non potes crede; Dm̄ inquit nemo
 uidit umquam. nisi unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit; non
 dixit, fuit in sinu patris, quasi ueniendo deseruerit sinu patris; hic loqueba-
 tur, & ibi se esse dicebat. quia & hinc discessurus quid dixit. Ecce ego uobiscū
 sum usq; in consummationem saeculi; ergo uerum est testimonium luminis.
 siue se ostendat, siue alia, quia sine lumine non potes uidere lumen. & sine lumi-
 ne non potes uidere quodlibet aliud quod non est lumen; si idoneum est lumen
 ad demonstranda ea quae non sunt lumina, numquid in se deficit. numquid
 se non aperit, sine quo alia patere non possunt. loquutus est propheta uerum,
 sed unde haberet nisi de fonte ueritatis haurire. loquutus est iohannes uerum,
 sed unde loquutus est, ipsum interroga; Nos omnes inquit de plenitudine eius
 accepimus; ergo idoneus est dñs nr̄ ih̄s xp̄s, qui sibi perhibeat testimonium;
 sed plane fr̄s mei in nocte huius saeculi audiamus & prophetiam intente, modo
 enim ad fragilitatem nostram, nocturnasq; cordis nr̄i intamas tenebras humi-
 lis uoluit uenire dñs noster, homo uenit contemnendus & honorandus. ue-
 nit negandus & confitendus, contemnendus & necandus a iudaeis, honorandus
 & confitendus a nobis, iudicandus sed iudicaturus, iudicandus in iuste iudica-
 turus iuste, talis ergo uenit, ut oportet & ei lucernam testimonium perhibe-
 re; nam quid opus erat, ut iohannes tamquam lucerna perhiberet & dicit testi-
 monium. si dies ipse ab infirmitate nr̄a possit uideri, sed non poteramus; In-
 firmus factus est infirmis, per infirmitatem sanauit infirmitatem, per
 mortalem carnem, carnis abstulit mortem. De corpore suo collirium fecit
 luminibus nostris; quia ergo dñs uenit & in nocte saeculi adhuc sumus, oportet
 ut & prophetas audiamus; nam de prophetia conuincimus contradicentes
 paganos, quis est xp̄s dicit paganus, cui respondemus, quem praenuntiaue-
 runt prophetae; & illi, qui prophetae, recitamus esaiam, danielem, hie-
 remiam, alios sc̄os prophetas dicimus quam longe ante illum uenerint.
 quanto tempore aduentum eius praecesserint; hoc ergo respondemus;
 praenuntiarunt eum prophetae, praedixerunt eum esse uenturum, respon-
 dit aliquis eorum; qui prophetae, nos recitamus qui nobis cotidie recitantur;
 & ille, qui sunt hi prophetae, nos respondemus, qui & praedixerunt ea quae
 fieri uidemus; & ille, uos inquit uobis ista finxistis; uidistis ea fieri, & quasi
 uentura praedicta essent. in libris quibus uoluistis conscripsistis; hic contra
 inimicos paganos, occurrit nobis aliorum testimonium inimicorū; proferim̄

codices iudaeis & respondemus. nempe & uos & illi fidei nostrae estis inimi-
 ci. ideo sparsi sunt per gentes ut alios ex aliis conuincamus inimicis; Codex
 esue proferatur iudaeis; uideamus si non ibi lego. Sicut ouis ad immolandum
 ductus est & sicut agnus coram tondente fuit sine uoce. sic non aperuit os suum.
 In humilitate iudicium eius sublatum est. luoque eius sanati sumus; Omnes ut
 oues errauimus & ipse traditus est pro peccatis nostris; Ecce una lucerna,
 alia proferatur, psalmus aperitur. & iam inde praedicta passio xpi recite-
 tur; foderunt manus meas & pedes meos. dinumerauerunt omnia ossa mea.
 ipsi uero considerauerunt & conspexerunt me. diuiserunt sibi uestimenta
 mea & super uestimentum meum miserunt sortem; Apud te laus mea in
 ecclesia magna confitebor tibi. Commemorabuntur & conuertentur ad
 dnm uniuersi fines terrae. & adorabunt in conspectu eius uniuersae fami-
 liae gentium. quia dñi est regnum & ipse dominabitur gentium; Erubescat
 unus inimicus. quia codicem mihi ministrat alius inimicus; Sed ecce de codi-
 cibus prolatis ab uno inimico alterum uici. & ipse qui mihi codicem protulit
 non relinquatur. ab illo proferatur unde & ipse uincatur; lego alium prophe-
 tam. & inuenio dnm loquentem ad iudaeos; non est mihi uoluntas in uobis di-
 cit dñs. nec accipiam sacrificia de manibus uestris. qnm ab ortu solis usq. ad
 occasum sacrificium mundum offertur nomini meo; Non uenis iudae ad
 sacrificium mundum. conuincite in mundum; ecce & lucernae perhibent
 testimonium diei propter infirmitatem nostram. quia diei claritatem tole-
 rare & uidere non possumus; Nam & nos ipsi xpiani in comparatione quidem
 infidelium lux iam sumus; unde dicit apostolus; fuistis enim aliquando tene-
 brae nunc autem lux in dño sicut filii lucis ambulat. & alibi dicit. nox prae-
 cessit. dies autem adpropinquauit. abiciamus opera tenebrarum. & induamus
 nos arma lucis. sicut in die honeste ambulemus; Tamen quia in comparatione
 lucis. illius ad quam uenturi sumus. adhuc nox est & iam dies in quo sumus. au-
 di per & rum apostolum. Delatam dicit dño xpo uocem de magnifica potestate.
 Tu es filius meus dilectus. in quo bene sensi. hanc uocem inquit nos de caelo
 audiuimus delatam. cum essemus cum illo in monte sco. sed quia nos non ibi
 fuimus. & istam uocem de caelo tunc non audiuimus. ait ad nos ipse per & rus.
 & habemus certiore propheticum sermonem; Non audistis uocem de cae-
 lo delatam. sed certiore habetis propheticum sermonem; Praeuidens eni
 dñs ih̄s xps̄ impios quosdam futuros. qui miraculis eius calumniarentur
 magicis artibus ea tribuendo. prophetas ante praemisit; Numquid enim
 si magus erat. & magicis artibus fecit ut coleretur & mortuus. magus erat
 ante quam natus. Prophetas audi o homo mortue. & uer me scendo calu

niose. proph&as audi. lego audi qui ante dñm uenerunt; habemus in
 quit apostolus p&rus certiosem proph&icum sermonem. cui benefactis
 adtendentes sicut lucernae in obscuro loco, donec dies lucescat & lucifer oria
 tur in cordibus uestris; quando ergo dñs ih̄s xp̄s uenerit, & sicut dicit & iam
 apostolus paulus. in luminauerit occulta tenebrarum & manifestauerit co
 gitaciones cordis ut laus sit unicuiq; ad d̄. Tunc praesentetal die lucernae
 non erunt necessariae; non legatur nobis proph&a, non aperitur codex
 apostoli. non requiramus testimonium iohannis. non ipso indigebimus e
 uangelio; ergo omnes scripturae tollentur de medio, quae nobis in huius sae
 culi nocte tamquam lucernae accendebantur ne in tenebris remaneremus;
 istas omnibus sublatis ne quasi nobis luceant indigentibus, & ipsis hominibus dī
 per quos haec ministrata sunt nobiscum lumen illud uerum clarumq; uiden
 tabus; remotis ergo his adiumentis, quid uidebimus unde pascatur mens nostra
 unde obtutus ille luxabitur. unde erit illud gaudium quod nec oculus uidit.
 nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit. quid uidebimus, obsecro uos
 amate mecum. currite credendo mecum, patriam supernam desideremus.
 supernae patriae suspiremus. peregrinos nos esse hic sentiamus; quid tunc
 uidebimus, dicat nunc euangelium. In principio erat uerbum & uerbum erat
 apud d̄m & d̄s erat uerbum; Unde tibi ros, in persus est ad fontem uenies, un
 de radius per obliqua & per anfractuosa tibi ad cor tenebrosum missus est.
 Quidam ipsam lucem uidebis, cui uidendae, ferendaeq; mundaris; Dilectissi
 mi, quod & hesternis commemorauit. iohannes ipse dicit, filii dī sumus & non
 dum apparuit quid erimus; scimus quia cum apparuerit similes ei erimus.
 qñm uidebimus eum sicuti est; sentio, uestros affectus ad tolli mecum in
 superna, sed corpus quod corrumpitur ad grauat animam. & deprimit ter
 rena inhabitatio sensum multa cogitantem; Depositarus sum & lego codice
 istum, discessuri estis & uos, quisq; ad sua; bene nobis fuit in luce communi.
 bene gauisi sumus, bene exultaui, sed cum ab inuicem recedimus, ab illo
 non recedamus, **EXPLICIT SERMO XXXV INCIPIT XXXVI**
AB EO QUOD DICTUM EST VOS SECUNDUM CARNEM IU
DICATIS EGO NON IUDICO QUEM QUAM USQ; AD IO UBI SIT
EGO SUM QUI TESTIMONIUM PERHIBEODE ME IPSO ET
TESTIMONIUM PERHIBET DE ME QUI MISIT ME PA
TER.
In quattuor euangelis, uel potius quattuor libris unius
 euangelis, sc̄s iohannes apostolus non in merito secundum intellegen
 tiam spiritalem aquilae comparatus, altius multoq; sublimius aliis trib;
 erexit praedicationem suam, & in eius erectione & iam corda nostra erigi